vione, studio novitatis, ambitione, aut avaritia, & regnandi cu- pidine^e, quorundam in animis exarescat, principem summa ope niti, non decet modo sed & expedit^f, ne introducta religio & ritus sacri salubri ratione constituti, oblitterentur, allaboret contra, quo ministri con- tra lupos in excubiis locati^g, officii haud immemores sint, atque ita omnis heresis extirpetur^h, ne unde praesidium speramusⁱ, periculum existat^k. Huc respiciunt Jura Patronatus & Episcopalia, quae singula prout or- dinis ratio jusserit, insequemur. JURA AUTEM EPISCOPALIA, licet à Pontificiis Episcopis, ad quos tempore Papatus ex superstitione quadam sola sacrorum potestas delata fuit, nomen suum fuerint sortita; ea tamen à Pontifice, Imperii Statibus A. Confessionis addictis delata esse, ementiun- tur qui adserunt, cum jure pacti conventionisque propriè iisdem compe- tant^l, eaque Principes & I. Status, utpote qui Episcoporum munus, ipsi Episcopi, obeunt, ex jure superioritatis & territorii, una cum Ecclesia- sticorum actuum cognitione, ut fiduciarii possessores, usque ad Christia- nam & amicabilem Religionis compositionem obtineant^m. Distingvun- tur autem Jura Episcopalia in Interna & Externa; INTERNA, quae alias ordinis vocantur, meritò Clericis committuntur, Princeps tamen nihilominus de fide sollicitus esse debet, ut subditos communes faciat, atque ut fidei orthodoxa sine innovatione adhaereant, praecipiatⁿ. EXTERNA vero, quae officii dicuntur o posita sunt in Audientia & Disciplina sive coercitione. Beneficium quod exinde resultat, est tum dignitatis, tum status s. conditionis, tum reverentiae & obedientiae, quam Episcopo omnes Diaecesani debent; hinc illis lex Diaecesana emergit. Hujus J. di- visionis capita sunt I. Scholarum tanquam seminariariorum doctrinae Coelestis cura^p, ne Ecclesia personis cultu divino dignis, tandem destitu- atur^q. Quamvis autem Academias fundandi jus, nemini, nisi Impera- tori, Regi Romanorum^r, & Imperii Vicariis^s regulariter competat, siqui- dem inter majora Regalia & Reservata Imperatoris censentur, eis³ longo aeo competere, vetustissima hinc inde extructa Academia testentur^t; hoc- que in dubium vocare quis audet nisi sacrilegii crimen incurrere velit^u, attamen curam, & administrationem earum, Juribus Episcopalibus ac- censendam esse^x, haut dubitatur. Inferiores Scholas, scilicet quas tri- viales, particulares seu Gymnasia vocant, quod attinet, non potest non earum cura ad Jura Episcopalia referri^y. II. Constitutio ministro- rum Ecclesiae; qui rite nominati, vocati, presentati, ordinati, confir- mati

mati investiantur. Cum vero Ecclesia omnem Monarchicum &
 Democraticum statum excretur, sola contra Aristocratica gu-
 bernatione lætetur^z, singulorum tam Ecclesiastici, tam Politici & Po-
 pularis status, atque ita totius Ecclesie, cujus & ministri dicuntur,
 consensus requiritur^a: & qui soli sibi id vendicare conatur, sacrilegium
 committit^b. Ipsa autem Ecclesia, si alius jus Patronatus habet, pasto-
 rem vocare non potest, jus dominationis enim ei tantummodo competit, id-
 circo prædicare debet Pastorem, non vocare, vocatio enim Patroni
 est: hinc non placet quorundam distinctio inter ipsam vocationem & vo-
 cationis curam^c. Ceterum ut de confirmatione & ordinatione
 quædam moneamus, ignorare nemo potest, ea Jure territorii Episcopo
 competere^d. Est autem confirmatio Jus Episcopi, qui præsentatum à
 Patrono examinari curat, utrum dignus sit ad liturgiam, i. e. Ecclesiasti-
 cam munera peragenda^e, quæ confirmatio si persona præsentata idonea est,
 certâ pecuniâ ex fisco Ecclesie vel à parochianis solutâ, statim procedit, &
 præsentatus ab Episcopo, qui solam hanc potestatem habet, confirmatur &
 ordinatur. Licet autem hæc ordinatio non tanquam Symbolum
 Sacramentale, uti delirant Pontificii, sed ex Christiana libertate
 adhibeatur^f, sola enim vocatio & electio faciunt legitimum Ecclesie mi-
 nistrum, attamen propter novitatis scandalum in Ecclesia vix omittenda
 est^g. Si præsentatus autem minus idoneus Consistorio videatur? repul-
 sam patitur, & Patronus alium præsentare tenetur^h, quem si Clericus in-
 tra Sex, laicus inter Quatuor menses Consistorio non exhibet, consensu
 Ecclesie Episcopus aliquem instituere potestⁱ. Hic minime prætereundū
 censeo, quod, quamvis Episcopo & Supremo Consistorio, in jure positivo di-
 spensandi facultas adempta haud sit, ita, ut absentem etiam, in casu sum-
 mæ necessitatis, cujus de integritate vitæ & doctrina constat, ordi-
 nare possint, juramentum religionis tamen à præsentate, non autem per nun-
 cium exhiberi debeat, secundum rigorem juris Saxonici^k, secus de jure
 communi^l. Confirmatus jam & ordinatus, per Episcopum, publicè, &
 in præsentia totius Ecclesie investiri solet, quæ investitura licet de
 substantia ministerii non sit^m, quis tamen temerè in Ecclesia eam in-
 termittendam suadebit, saltem propter solemnitatem, cum præterea etiam
 eâ, inter Ecclesiam & Clericum contrahatur vinculum ad instar conjugiiⁿ.
 Hic actus autem ut ex lege J. dictionis dependet, ita Patroni eum impedire
 magis avidi sæpius, quam capaces sunt: Quod enim insciente & absente elect. & elect.

6 Carpz. Con-
 sult. l. 1. t. 1. d.
 7. n. 9.
 p. N. 1555. S.
 Damit auch
 obberührt &c.
 q in comm. de
 Germ sacr.
 p. 45.
 r Sinold. cogn.
 Schuz. Coll.
 publ. Vol. 2. d.
 14.
 f. d. N. 1. S. d.
 15. Damit auch
 ibi aber in an-
 dern Sachen.
 t Osterman in
 disp. can. 8.
 concl. 50.
 u l. 1. §. ult. x.
 de aq plus.
 arc.
 x in caus. Duc.
 V Vurt eb. con-
 tm Archiep.
 Vesontiu an.
 1560. & in cf.
 Memmigent-
 contr. Chorges
 richt in Augst.
 7. Maji 1589.
 y N. 1. 1559. S.
 Nachdem aber
 ibi das ein te-
 der Theil. &c.
 2 N. 1. 1555. S.
 Wir befehlen
 auch.
 a in summ. f.
 can. l. 3. t. 22.
 b Sinold. Vol.
 2. d. 4.
 6 Nov. 42

Patrono investiri nemo possit, errant qui sibi per suasum habent, privilegio
 id ipsis indultum esse, cum toti Ecclesie (cujus precipuum membrum qui-
 dem, ob beneficia in eam collata, Patronum esse non diffitemur) eiq; com-
 petat. III. OBSERVATIO CULTUS, & ut ministri munia divinitus II
 ipsis concredita, fideliter expediant, suasque actiones ordinationibus
 Ecclesiasticis, denen Kirchen-Ordnungen | quibus annexa sunt Ordinatio-
 nes matrimoniales, Ehe-Ordnungen | conformes reddant. Atque hoc
 per suspensionem Ecclesiasticae J. dictionis ad Principes, & I. Status, jure
 superioritatis devolutum est P, quam J. dictionem non suspensam, sed ab-
 rogatam per hanc constitutionem contendit Carafa q, quod respectu ordi-
 natorum facile suffragium meretur. Hujus suspensionis vigore 1. utri 12
 usque cultus cognitio Episcopo tribuitur, licet enim hoc Principis
 munus non sit, ut fidem procuret salvificam, tamen per accidens evenit,
 ut veritatem sciens, non nisi cum peccato foveat falsitatem r, quod aliter
 fieri vix potest, quam crebris visitationibus, qui enim ipse ubique esse sem-
 per poterit? Pontificiis autem omnis potestas cognoscendi de veritate re-
 ligionis adempta est s. 2. Causarum matrimonialium judicia, quod 13
 quidem Pontificii ex ipsis verbis Pacif. Relig. s. sapissime impugnarunt,
 eaque de re mirum in modum conquesti fuere anno 1576; u aut absonum
 esset, exorta aliquando controversia sententiam petere a Papa, preprimis
 in ea re, in qua precipuus A. C. cardo vertitur, que enim ipsa salva esse
 poterit, si matrimonium sacramentis annumeretur; praterea etiam hoc
 jus pronunciandi de causis matrim. stat firmum inveterata consuetudine,
 que cum memoriam hominis excedat privilegio est validior x, & man-
 datis Cameralibus firmatum y, eo fortius existit. Non itaque in hoc, ut
 & in alio Religionis exercitio, Nostrates a Pontificiis turbandi sunt z. Si
 quis autem turbare audeat, apud Cameram Imperialem conveniendus
 est a, & crimine fracte pacis publicae tenetur. 3. In Clericos animad- 14
 versio, quos Episcopi, pro delicti qualitate, vel officio remove, idque
 vel per degradationem, quando vestes & insignia ipsis detrahuntur, &
 dicitur actualis depositio, aut per sententiam Episcopi, & dicitur ver-
 balis, cujus causas recenset Henr. Canisius b, vel eorum officium suspendere
 potest c. 4. Excommunicatio, quando de crimine publico convictus, 15
 aut sufficientibus indiciis suspectus, censura a canone vel judice Ecclesiasti-
 co prolata, legitima communione, & quandoque hominum privatur, un-
 de duplex oritur excommunicatio, Anathema & Anathematismus d. Ex-
 commu-

communicatus licet pœnitentiam egerit & supplicio à magistratu exem-
 ptus sit, attamen antequam deprecatione publica in gratiam redierit cum
 Ecclesia, (nisi periculum mortis interveniat, aut de crimine adhuc apud
 iudicem transigatur) ad sacram synaxin admittendus non est: quia vero
 deprecatio publica sua natura pœna non est^e, ergo reum nequaquam li-
 berat metu suppliciorum, quæ meruit, sed magistratus eum ad legitimam
 16 pœnam atrahere potest. Rursus jam occurrit, cujus antea intulimus
 mentionem, Episcopi sc. hoc postulare munus, ut omnem moveat lapidem,
 quo ministri Ecclesiæ officio suo invigilent, quod consistit, 1. in pura ver-
 bi Divini prædicatione, cui respondet vita inculcata & honesta^f. 2. S. & E. l. 3. c. 1. r.
 In Potestate clavium, atque hoc licet non sit personale privilegium soli
 Petro tributum, prout Papicolæ autumant, sed toti Ecclesiæ, eique
 quoad jus & possessionem etiam maneat, quia tamen ministerio est com-
 missa, quoad administrationem & executionem, rectè illius esse perhibe-
 tur^g. 3. In sacramentis rite administrandis. 4. In consolando,
 quo etiam cura pauperum & ægrotorum referritur solet. 5. In increpan-
 do, quod vel simpliciter, sine injuriosis verbis, (alias enim injuriarum
 conveniri & puniri possunt^h) vel cum excommunicatione fieri solet. 6.
 In refutando hæreticos, & Elencticum vocatur officium, quod ut non
 acerbum nimis, ita nec placidum nimis, sed temperatum esse debetⁱ, neq.
 propterea ministri ab heterodoxis capi, aut in carceres detrudi debent,
 17 cum ad liberum religionis exercitium referatur. Sed quoniam Paulus^k,
 & ipse Salvator^l, ministros verbi dignos dixerunt, qui de lacte ovium
 suarum alerentur, ne quærendis opibus districti, ministerium verbi segni-
 us obirent, factum est, ut pii patrimonium Ecclesiæ auxerint, unde mini-
 stris alimenta suppeditarent^m. Consistit hoc Ecclesiæ patrimonium in
 18 Immunitatibus & bonisⁿ. Immunes itaque sunt ministri sacris va-
 cantes, ab omnibus oneribus publicis, quæ vel in officio sustinendo^o, vel
 sumptibus conferendis (nisi summa exigat necessitas) ponuntur. Si
 quæ autem bona patrimonialia ipsi possideant, æq. ac alii magistratui tri-
 buta pendere compelluntur^p, quia J. dictioni Civili regulariter non exi-
 muntur^q, absurdum enim est, pro membro reipubl. se venditare in favo-
 rabilibus, in iis autem quæ ad conservandam remp. contribui debent, ex-
 19 tranei locum velle subire^r. Alterum Ecclesiæ patrimonium Bona
 diximus hæc ad I. Status ratione superioritatis territorialis venit provi-
 sio, administratio ac defensio bonorum Ecclesiasticorum^s, quam sustinet
 Do-

e Rebban. von
 öffentlicher
 Kirchenbusse.
 c. 2.

f Reink. de R.
 2. S. & E. l. 3. c. 1. r.

g König C. C.
 tab. Dec. f. 2. 6. 2

h Reink. l. 3. cl.
 2. c. 2. n. 7.

i Sinold. cogn.
 Schuz. Coll. P.
 Vol. 2. d. 4. th.

k 1. Corintb. 9.
 l Matth. 10.

m l. 12. §. 2. de
 SS Eccl. c. cum
 ab omni x. de
 vir. & bon.

n Lampad. p.
 c. 11. n. 38. 39.

o l. 17. C. de E-
 pisc. & Cler.

p Baldan. C.
 cons. l. 4. c. 12.

q c. 14.

r 1. Petr. 2. 17.

s Arnis. de
 sub. & exemp.

t l. 4. n. 11.

u N. A. 1511. §.

v Diemerk aber
 teigliche.

11

12

13

14

15



et c. nulli liceat
12. quest. 12.
u. c. cum super
x. de caus. poss.
et propr.
x. c. 2. ibi ple-
naria disposi-
tio de pra-
bend. in 6.
y. Cameral.
obl. et tract. 8.
non obst. etiā.
der Religion.
Fried.

z. Sinold. cogn.
Schuz. Coll. P.
Vol. 2. d. 14.

Dominus Territorii ut Dominus, quod tanquam pro aris & focis impu-
gnant Papicola, atque solus Papa dominium in hac bona Ecclesiastica sibi
vendicare conatur. Ast date operam & cum silentio attendite quid sibi
hic Eunuchus velit- Bona sacerdotum, inquit, res sacras & sacra
sacrorum, solius Dei sacra esse. Ergo sibi soli licere cognoscere
de iis. Deinde quia hæc non concernant religionem, neque mi-
nisterium C. A. ejusdemque exercitium, vel ceremonias, non
itaque in hoc casu suspensionem Ecclesiasticæ J. dictionis locum
habere, prætenedit, autor quidam dubior. Porro dicit Papa, Eo ipso
cum Princeps Ecclesiæ aliquod patrimonium addat, omnem et-
iam J. dictionem abdicare, sibi que cedere, ut cui sola potestas de
iis decernendi, & que sunt alia. Ast prob Deum atque hominum si- 20
dem! parturiunt montes, nascetur ridiculus mus; Ecquis patiatur se ig-
norare, quam falsa isthæc omnia in medium proferantur. Ego nequa-
quam diu luctabor cum latentibus nodis: Prioris argumenti summani-
am conclusionem, non minus, atque præmissas, falsam esse elucescit: Ini-
quum enim est res sacerdotum, sacrorum, quid imò, sanctissi-
morum insignire nomine. An ignoras Papa, vulgatissimam Politico-
rum distinctionem, inter ea, quæ Ecclesiæ sunt jure sanctimonie, ut sunt
templa, aræ, calices. & c. eaque sancta sanctorum dici: & inter ea quæ
ipsi sunt jure Patrimonii, veluti sunt qualibet Ecclesiæ bona, possessiones,
annui redditus? hæc uti non nisi abusive sacra dicantur, ita sacra sacro-
rum ipsa adpellari, minimè fas est, cum & plurima ea secularia sint, quod
præprimis in Episcopatibus Catholicorum videre est. En alteram argu- 21
mentandi rationem! solius Dei sacra sunt, E. à vicario ipsius Papa, expe-
diri debent. O præpotentem potentiam, si cuncta quæ solius Dei sunt im-
perium Papæ sequi teneantur. Sed Principes, quid cessatis jugum
ejus subire, nonne regna & imperia Dei sunt? Ecce itaque Vicarii ipsius
aspernamini imperium. Verum enim vero, sublimiori aliqua cogitatio-
ne ipsius imperium æstimari auguror, quid enim tanto Viro in exiguo hoc
mundo negotii, cū ipsius Dominus JESUS CHRISTUS Suum Imperium
de hoc mundo esse plane neget, in cælis itaque regali in solio resideat,
non in terris, si alicujus Vicarii ibidem Christus egeat opera, sin minus, per
me licebit ipsum apud Inferos suum exercere imperium. Egregiè certè tuo
functus es officio, o Pontifex. Non entis nulla datur ratio, Vicaria-
tus Pontificis est non ens, E. ejus non datur ratio. Nunc plaudite

VOS

- vos Pontifices, qui rationem non redditis vestri Regiminis; qui soli omnis
 22 rationis expertes, à ratione immunes estis. Concludit tandem sibi soli lice-
 re cognoscere de bonis Ecclesiæ: Sit autem Pontifex Christi Vicarius, lasci-
 viant Clericorum bona sanctitate, largiar; qua ratione vero exinde colligi
 potest solum Pontificem Rom. sententiam de eis dicere oportere? Ipsi lar-
 giuntur quemlibet Episcopum Pontificem esse Summum^a; Ergo nostris
 Principibus hoc iudicium proximè competit, utpote Episcopis
 in sua diœcesi, neque Pontificis Imperium extra limites Patrimonii Pe-
 tri, ut vocant, & illa territoria, quæ ei immediatè se subjecerunt, proroga-
 23 ri potest^b. Posterioris argumenti rationem, responsione vix dignam ex-
 istimo, cum ipsa religiosa Pacificatio^c totum negotium dirimere videatur.
 24 Tertium, quod attinet argumentum, magnificentius ea jactari quam ve-
 rius patet: licet enim Princeps aliquid Ecclesiis largiatur, non tamen om-
 nem à se abdicat J. dictionem & superioritatem, multo minus etiam in
 Pontificem R. transfert, respicit enim hæc superioritas honorem & maje-
 statem Imperii, & reputatur Sanctum Sanctorum, ideo non est in marsu-
 pio Principis donantis^d, neq; potest Princeps donare terras Imperii abdi-
 cando omnem in iis superioritatem, etiamsi oneroso titulo alienet^e, & sem-
 25 per intelliguntur reservata ea quæ sunt supremæ potestatis^f. Atque hoc
 in secularibus quidem obtinere dicunt Papicolæ, secus si Prælato vel Eccle-
 siæ talia donata sint, Deo siquidem fieret donatio: nos tamen contrarium
 probamus ex c. si duobus §. fin. x. de appell. Tandem hanc quorundam sen-
 tentiam neq; nos ferire dicimus, modo cum grano salis percipiatur: & con-
 cedimus, si ipsi Pontifici aut universæ Ecclesiæ Romanæ cū omni
 jure & superioritate fuerit data^g aut existant intra fines Patrimo-
 nii Petri^h, secus autem quoad alias terras, aliis in regnis & Principati-
 bus, puta in Imperio Rom. Germ. sitis, ut quæ non Pontifici, neq; Ecclesiæ
 Romanæ sed aliis Prælati, Episcopis, & Ecclesiis subditis Imperii R. dona-
 26 ta sunt. Quod denique Deo fieri donationem allegant, tropicè intelli-
 gendum placet, jus acquirendi enim ex donato, & si quæ ejus alia,
 non sunt aptabilia Deo, sed tantum creaturisⁱ. Liquido itaq; ad-
 paret Ecclesiastica hæc bona territorii superioritati subesse, atque Principi
 curam eorum competere, ne cum damno Ecclesiæ bona distraherentur, atque
 ad usus profanos transferantur. Reipub. enim interest ne quis sua re ma-
 27 le utatur^k. Caveat autem noster Princeps ne potestatem hanc in licentiã
 vertat, atq; quocung; modo Ecclesias suis defraudare bonis cogitet, ne Bal-
 alien.

a gloss inc. de
 his vero. de
 consecr. dist. 5.

b arg. l. fin. de
 J. dict. omn-
 judic.

c S. Dicwell a-
 ber teyliche.

d Bald. in c.
 intellecto. x.
 de jurejur.

e Tiber. Deci-
 an. Resp. 19. n.
 154. Vol. 3.

f Nicol. Boer.
 dec. 50. n. 12. &
 seqq.

g Resp. refut.
 des tom 5. M.
 Vvesemb. n.

202. befindlich
 chen Consilii.
 n. 124.

h c. Romana.
 §. debet de ap-
 pell. in 6.

i Marc. Ant.
 Peregrin. con-
 sil. 1. n. 34.

k §. 2 f. Inst. de
 his qui sui vel
 alien.

C

tha-

l Dan. 5. thasaris Babylonie regis^l; vel Antiochi Syriae Regis^m acerba & immatura
 m 1. Macc. 6. mors, ipsum quoq; ad hoc suppliciorum genus utpote sceleris consortem,
 6. 26. 32. deposcatⁿ, nam alienare ea, in superstitiosum cultum quamvis destinata^o,
 n Konig. C. C. & in usus humanos convertere, sacrilegium est, nec fundatorum devotas
 mb. Oec. c. 1. execrationes gravi effectu caruisse historiarum extant monumenta. Wer
 taf. 8. n. 5. die Güter nimt/dem sol Lungen und Leber im Leibe versehren. Item:
 o Myler de P. & S. l. R. c. 88. Wer das thut/den straffe deine (juste Deus ultor) Hand mit Armuth/
 n. 12. Kranckheit/Schmach und Schande. Cujusmodi execrationes in quibus-
 p de monast. dam monasteriis se vidisse refert Petrejus P. In alias tamen pias cau- 28
 p. 74. sas, si ritè & canonicè fit, possunt impendi, veluti sunt redemptio-
 q Ambros. l. 2. nes captivorum^q, sepultura & alimenta pauperum^r, & falsò insimulan-
 off. c. 28. tur invasionis nostrates à Pontificiis, qui bona Ecclesiastica ab infami mo-
 r Konig C. C. nachorum lascivia vindicarunt, aliisque piis causis destinarunt^s. Sum-
 tab. Oec. c. 1. c. ma etiam necessitate profano usui ea destinare scelere vacat. v. c.
 8. n. 5. dicef. ad repellendum hostem^t, reparandos & construendos muros. & c. unde pro
 s Konig. d. l. thesauro Christiani populi reputantur, ein Schatz der Christenheit. Ea 29
 t R. N. 1542. 5. etiam quæ bello capiuntur, etiam si loco patrimonii Ecclesia possideat, in u-
 aber der Rtr. chen. sus proprios converti possunt, quippe quod etiam in foro conscientie obti-
 u Damboud. nere dicitur, captura enim pro traditione est. Insusurrant quidam, justo
 c. 82. n. 20. bello capta capientium fieri quoad res mobiles^u quoad immobiles autem,
 x Alciat in l. diffitentur, præprimis si inter Christianos nascatur bellum; eo itaq; finito
 hostes 118. §. omnia bona, restituenda esse^x: hac moti ratione quod hæc bella plus quam
 at inter Chri- civilia sint, unde neq; jus postliminii in his locum habeat^y. Ergo nec acqui-
 stian. ff. de V. sitio per capturam. Verum vacillat ipsorum argumentum: Manifesti si- 30
 s. quid. juris est, Christianos servos capientium non fieri apud Christianos^z,
 y l. 21. §. 1. ff. de quæ item ea quæ non tamen id ad res immobiles potest extendi, necq; quicquam circa eas
 captiv. & post- reperitur mutatum quod est Deuter. c. 20. neque lex illa vel ceremonialis
 lim. revers. est, vel mere forensis, sed Juris gentium & moralis^a; ex quo adparet
 z Schneid. & c. mobilia & immobilia hostibus occupantibus cedere, nec est ut quisquam di-
 §. item ea quæ ceret, idem juris in profanis quidem esse, in sacris non ita: Resp. omnia ab
 ob host. Instit. hostibus occupata profana esse, & sacra ipso momento dum occupantur ab
 de R. D. est, & fieri profana^b. Alia denique Ecclesiasti 31
 a Jason. ad l. ca bona alienandi se offert ratio, ingratitude scilicet Ecclesiæ,
 3. ff. de J. & J. quo casu donatio optimo jure revocari potest^c. Imò quod multis placet
 b Sithm. nucl. Ecclesiæ banniri & extremo excidio, æquè, ut civitates, deleri possunt:
 Inst. l. 2. t. 1. n. quamvis autem pleriq; ex equitate juris existiment ingratos expellendos,
 v. illud cõstat. c. Abbas c. fin. iisq;
 x. de donat.

iisq; alios substituendos esse, ne tota destruat^r Ecclesia, quibus & nos qui-
 dem calculum addimus; verum ad hanc juris equitatem si stricto jure uti
 velit, Princeps nequaquam adigi potest, sed tantum admoneri d. Ex di- d Resp. refut.
 ctis itaque luce meridiana clarius elucescit, J. dictioni civili Ecclesiastica Des tom.
 bona subesse, quod autem quidam hoc in dubium vocare audent, ideo, quia VVeseimb. 200
 commercio hominum essent exempta, vix amplector, nisi enim bona Eccle- findlichen
 32 sive & illi subiecta, quid quæso opus hisce privilegiis quibus gaudent e. Ast e Sinold cogn.
 hac sua radiant luce, instituti ordo de CONSISTORIIS quadam dicere Schuz. Coll. P.
 admonet, quæ Consistoria universam repræsentant Ecclesiam f, & Sol. 2. d. 14.
 Princeps plerumq; sua Episcopalia jura, per Swédæa hæc exequi solet g, th. 13. C.
 eaq; eriguntur & constituuntur à Principe territorii, penes quem jus ter- f Reink. de R.
 33 ritoriale, & J. dictioni Ecclesiastica^h. In iis vice territorii domini cognosci- S. & E. l. 3. cl. 1.
 tur 1. de rebus mere spiritualibus. 2. De rebus spiritualibus abu- c. 6. n. 19.
 sive ita dictis. 3. De rebus Ecclesiasticis von Geistlichen Gütern i. g Reink. d. l. c.
 4. De personis, si ratione officii, vitæ & bonorum ad Ecclesiam 10. n. 6.
 pertinentium conveniuntur, si autem ratione proprii patrimonii, con- h Brautl. l. 5.
 29 ventionis aut contractus, delicti vel qs. in jus vocantur, in cancellariis se c. 8. n. 8.
 sistere & judicium subire tenentur^k: J. dictioni enim civili subsunt & cle- i Sinold. cogn.
 rici, neque in causis Politicis ad Pontificem R. appellare ipsis licet, quod qui Schuz. Coll. P.
 faciunt crimen læsæ majestatis committunt l. Hæc q; autem ea nititur ra- Sol. 2. d. 14. th.
 tione, quo Principes & Status I. sine confusione duplicem J. dictionem ex- 12. B.
 30 ercere possint, quin & sicubi nullo singulari constituto Consistorio, omnes k Reink. d. l. c.
 cause litesq; indistincte expediuntur in Cancellariis, citationes tamen & 10. n. 12.
 decreta in controversiis Ecclesiasticis hac edi subscriptione, Fürstl. zur Of- l Ordin. Cam.
 ficialen oder Consistorial. Sachen verordnete, &c. compertum memini- p. 3. t. 51.
 34 mus. 5. De iis quæ sunt mixti fori. Necessè itaq; est Consistoria con- m Reink. d. l.
 stitui ex viris Ecclesiasticis & honoratis religiosiq; Politicis, qui represen- c. 6. n. 19.
 tant Ecclesiam: Propterea autem Populo omnis potestas non adimi-
 tur, si justas contradicendi rationes habet^m. His omnia Ecclesiastica
 subsunt, exceptis illis, quæ Princeps per Superattendentem exercet, qualia
 sunt potissimum ea, quæ ad ordinem & nonnulla quæ ad legem diocesanam
 31 pertinent, aut quæ sibi soli reservavit, ut est constitutionum Ecclesie pro-
 mulgatio, mutatio, dispensatio. &c. ut & Synodorum provincialium con-
 vocatio, quod convocandi jus quilibet Episcopus possidet, ad cujus curam
 pertinet providere ne errores perniciosi & schismata in Ecclesiam indu-
 cantur aut foveanturⁿ. Universalia autem consilia antehac quidem so- n N. N. 1525.
 lus und nach demo-



lus Imperator indicebat, per Transactionem Passaviensem vero ad Comi-
o Lampad. p. tia transiit o. Pontifici vero hoc jus plane denegamus p.

3. c. 12. a. 8.
p Reink. d. l. c.
4. n. 8.

SECTIO TERTIA.

De Jure Patronatus.

q Vvesemb. p.
1 conf. 48. n.
23. f.

r Carpz. l. 1.
t. 5. c. 69. n. 8.

s Carpz. Con
sist. l. 1. t. 3. d.
22. n. 8.

t l. 32. ff. de ll
l. 7. s. ff. de
paet.

u Rob. à Valle
Vol. 1. conf. 47.
n. 28.

x Steph. de
J. dict. l. 3. p. 1.
c. 17. n. 23.

y Carpz. d. 1.
d. 43. n. 5.

z Gail. l. 1. obf.
1. n. 36.

a Carpz. d. 1.
d. 44. n. 8.

b Finckelth.
de jur. Patr. c.
6. n. 5. s. 6e.
ipse solus.

c Carpz. d. 38
n. 20

Patronatus & Episcopalia jura maximè invicem differunt q, Jus Pa-
tronatus enim una diœcesi terminatum est, unde Patronus Superat-
tendentem nominare nequit, sed Episcopo hujus vocatio reservatur, Epi-
scopus autem de universa Ecclesia cognoscit. Præterea Patronus Episco-
paliurum jurium particeps non est, neque pro lubitu cultum divinum dispo-
nere potest r, sed vocato ac præsentato ministro cedit ipsius jus:
nec minor tamen honos ac prærogativa servatur Patrono, quam Episcopo,
qui ad voluntatem præsentantis præsentatum confirmare debet, invito et-
iam populo, nisi firmas dissensus proferat rationes s. Patronatus jura sunt,
Nominatio, Vocatio, & Præsentatio; sed nescio sanè, quo merito
quidam tam acriter propter hæc jura aversetur Patronatus Jus, idcirco,
quia sola ordinatione Episcopo servatâ, Populus & Magistratus à voca-
tione excluderentur; quod tamen non est, cum Patronus nominatum po-
pulo ad prædicandum exhibere teneatur, cui si justas reprehensionis cau-
sas habet, præsentatum rejicere fas est. Hoc autem præcipuo honore di-
gnum quis negabit, Patronum quem velit, modo idoneus sit, nominare,
vocare ac præsentare posse, nec ad certam personam ipsum esse adstrictum,
nisi consuetudine aut lege provinciali aliter conventum sit, quæ consuetu-
do & conventio jus facit r. Episcopus contra quem ipse vult instituere
non potest u, quia nulla subsistit institutio sine præsentatione x, quæ
est de forma substantiali institutionis y, at neglecta forma corrumpit actus z.
Semel vocatus tamen à Patrono, iterum removeri nequit a. Hic menti-
onem inferri operæ pretium est, quod boni ordinis causa Superattendens
soleat adhiberi ad exercendum præsentationis actum, atque id et-
iamsi ad existentiam præsentationis non requiratur, (interdum
enim à solo Patrono præsentatus confirmatur in Consistorio b) propter mul-
ta incommoda vero temerè ab instituto non est recedendum. Nequa-
quam tamen præjudicat Patrono votum & consensus Superattendentis,
ut qui solus decidendi facultatem habet, Superattendens vero suo voto
informat Patronum c. Diximus idoneum præsentare debere Patronum,
nullum autem reputamus Idoneum, nisi qui sacrorum ceremo-
niarumque quæ in regione vigent, confors sit, quamvis aliam re-
ligio-

1

2

3

4

5



ligionem se&etur Patronus a. Unde intuentibus hoc, sententiam d Lampad. p.
ferre licet, quid statuendum, si Patronus Catholica religionis, Territorii c 11. n. 30.
dominus jura Episcopalia habens A. Confessioni adhareat, an ministrum e Myler. de P.
Catholica religionis addictum collator recipere teneatur? quod negamus. n. 17. S. 1. R. c. 87.

6 Hic etiam queri solet, Quid juris? si plures Jus Patronatus habe f Baldutn. C.
ant? nos ex plurimorum mente singulos in solidum istud possidere asseri- consc. l. 4. c. 5.
mus, sique de persona inter ipsos conveniri non possit, vel arbitrio Episco- c. 6.
pi, vel sorte, rem dirimendam esse pluribus placet, nisi ex conventione g Schneide66.
alternis vicibus jura Patronatus singuli exerceant s. Acquiritur hoc jus Inst. de succ. lib. n. 13.

7 ex donatione (si sit ab initio in fundatione h) Fundatione, & ædifi- h Reink. de R.
catione Ecclesie; idem volunt obtineri in refectione, restauratione, S. & E. l. 3. cl.
aut reedificatione, si prior fuerit destructa, & reedificans inci- 1. c. 9. n. 6.
piat à fundo i, & Episcopi consensus accedat k. Nihil etiam interest i Sinold. Vol.

8 quis habeat Patronatus Jus, vel Rusticus l, vel masculus, aut fœ- k Reink d. l.
mina, quia jura hoc casu non distinguunt inter Sexum m, minor tamen l Hostiens. in
24. annis non sit n. Et transit ad heredes non sanguinis solum, sed ad sum. de jur.

9 quoscunque etiam extraneos o, in quo differt à Jure Patronatus Seculari Patr. n. 5.
quod ad heredes extraneos non transit p. Præcipuum autem onus in- m Schneide66.
cumbit Patrono, ipse enim defendere debet Ecclesiam, cujus in gratiam Inst. de succ.
hoc sentit commodum, quod ad incitas ipsi redacta alimenta ex fisco Eccle- lib. n. 13.

sie præbeantur, modo sine Ecclesie detrimento fieri possit q. Sed destru- n Reink. d. l.
cta Ecclesia (quo tempore Jus Patronatus dicitur aridum,) ut & per n. 18.
non usum 40. annorum illud amitti docet o Abbae in c.
Reinkingius r. Perlatum x.
de jur. Patr.
p. l. 29 ff. de o-
peris lib. n. 13.
q Azor. Inst.
moral. l. 6. c. 20. q. 3.
- l. 3. cl. 1. c. 9. n. 69.

COROLL.

1.

In art. 5. Instr. P. n. 11. §. placuit. & §. quod si vero, nulla
est antinomia. vid. sect. 2dam.

2.

§. Dagegen sollen die Stände. R. A. 1555. de immedi-
atis Episcopatibus nequaquam intelligi potest.

LAUS DEO.

SALUTEM!

QX
TH
4280
EX quo *Magnificus tuus Pater, Dn. Wilhelmus Schröterus, Confiliarius intimus & Cancellarius Saxo-Gothanus eminentissimus* literas ad me dedit, & studia tua Juridica meo privato moderamini commisit, cæpi Te non amare, sed perire. Nobilem enim in Te deprehendi indolem, Teque ad solidiorem Jurisprudentiæ cognitionem consequendam passis quasi velis prope rare vidi ita, ut calcaribus opus non haberes, sed ut festinanti, & cupido animo frænos injicerem. Et cum certas ob causas tibi stet sententia terras alio sole carentes mutare, voluisti ingenii vires periclitari & has insignes primitias Orbi literato exponere, ex quibus facile judicium ferri potest, quantâ messem metes olim in Jurisprudentiâ. Principum jura eruditè propugnas, Teque masculè opponis illis, qui defendunt *omnipotentiam* Pontificis circa sacra famosi Insefforis Urbis *ἱερολόφου* à quâ & ipse sui Ostentator argumentum ducit, sed elumbe. Licet enim admitteremus Petrum Apostolum fuisse, & docuisse Romæ, quod propter *consensum Antiquitatis à seculo II. usque ad V. concedi posset*, attamen consequentia ejus claudicaret & probatio vanè *in circulum* rediret. Quam autem Papa *ἀντικαθ' ἑαυτὸν* jure evincere non poterat, armis (*cruentis, & terribilibus syllogismis*) olim defendebat opinionem, nosque ut sub imperium & ad assensum cogeret, superos & Acheronta movebat. Verùm fortè è re tua Pont. fuisset, *si spiritus magis magnos, quàm utiles remisisses* ut loquitur Hannibal ad Scipionem apud Livium. Nostrates tibi opponebant invictos animos, seque tuebantur generosâ responsione, quam apud Philonem *Calanus* dedit insuperabili Orbis domitori Alexandro. *Τὸ μὲν σάμαζα μελοῖος ἐν τόπῳ εἰς τόπον; ψυχὰς δὲ ἰ δύνασιν ποιεῖν ἢ μὴ βέλονται.* Omnino feliciter res nobis cessit Deo Adjutore & Ultore, ita ut ne quidem rudera talis potestatis Pontif. apud nos appareant. Cum autem hæc *presenti Disc.* reservata sint, sufflamino scripturientem calamum. Ad Te *nostrî Amantissime Schrötere* revertor, optima quæque mihi de Te polliceor, si impofterum etiam ad solidam gloriam tam laudabiliter viâ virtutis grassaberis. Pergendum est. Indurandus est animus. Quæcunque enim videntur eminere in rebus humanis, per difficiles & arduos tramites demùm adeuntur. Sed me de Te spes non decollabit, sic seriò ominor, licet non sim Chaldaeus. Tibi autem ut cum Poëta loquar *ἔξ ἄκρον μελῆ ψυχῆς* precor propitios Viales. Vale.

Dab. Iena 3. Marti M. DC, LX.

Johann-Volk. Bechmann D.
& P R A E S E S.

von von



ELSISSIMO
 MINO
ESTO,
 Cliviæ, Mon-
 avio Thuringiæ,
 de Marca & Ra-
 n Raven.

suo Clemen-

diorum primitias
 ac devotissimâ animi
 Subjectione

*Sacras dicat &
 offert*
Wilhelm Schröter/
 AUTOR,

